DISSERTATIO MEDICA, INAUGURALIS DE VACCINA. QUAM, ANNUENTE...

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

VACCINA.

DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS

DE

VACCINA.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI,

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu;

Et NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

Eruditorum examini subjicit

ARCHIBALDUS BRUCE A.B.

Archibald *AMERICANUS;*

SOCIET. REG. MED EDIN SOC.

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

Ex rebus minutis maxima oriuntur.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT C STEWART ET SOCII,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

M DCCC I.

GEORGIO PEARSON M.D. F.R.S. &c.

TAM MULTA TAMQUE VARIA

REBUS HUMANIS PROMOVENDIS

MOLIENTI,

SIBI

TAM AMICE TAMQUE BENIGNE

ANNUENTI,

HOC OPUSCULUM

DAT, DICAT, CONSECRATQUE

AUCTOR.

SAMUELI BARD, M. D.

NECNON

DAVIDI HOSACK, M. D.

COLLEGIO COLUMBIÆ NOVI EBORACI

MEDICINAE PROFESSORIBUS,

OB AMCITIAM SIBI CARAM,

OB PRÆCEPTA EXIMIA SIBI TRADITA,

USQUE MULTA BENEFICIA IN SE COLLATA,

HOC OPUSCULUM

DAT, DICAT, CONSECRATQUE

AUCTOR.

— Targioni Tozzetti M.D.

with Compliments

from y Author

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

VACCINA.

AUCTORE ARCHIBALDO BRUCE.

SI, genus humanum jam premi et penè obrui morbis tam multis et tam variis, vel gradu levissimo animo versetur, ulli in mentem venire, introductionem morbi novi parvi momenti esse, vix possit. Nihilominus cum animadvertatur, morbo novo introducendo, haud ineptè propositum amovere morbum, qui, etsi nuper magnoperè mitigatus fuerit, tamen adhuc multis affert exitium, dissertationem de Vaccina haud prorsus fore inutilem, sperare liceat.

Vaccina

Vaccina est morbus, etsi nuper medicis, tamen jamdudum observata fuit illis, quorum occupatio cum vaccis erat, a quibus hic morbus humanae speciei communicatus est. Ab iis notatum erat, emulgentes vaccas, qui Vaccinae expositi erant, semel habentes hunc morbum, semper postea Variolae non omninò obnoxios esse.

Haec res tam momentosa, cui inest omnis verisimilitudo magnae utilitatis generi humano comparandae, primùm animum Doctoris Jenner comitatûs Glosteriensis, ubi Vaccina praecipuè nota erat, alliciebat. Ex experimentis nonnullis secundis, eorum rationem publicam reddere, anno millesimo septingentesimo nonagesimo octavo, ductus erat.

Magnitudo hujus investigationis nonnullis medicis claris, praecipuè Doctores Pearson et Woodville, dare operam, unà cum Doctore Jenner investigando veram naturam morbi et ejus effecta in Variolae infectione impedienda, suasit. Experimenta ergo instituta erant more ampliore, quorum

quorum effectus summae spei congruebant, et historiae separatim Doctoribus Pearson et Woodville editae erant.

Ex illo tempore, attentio publica praecipuè ad eam rem versa est, et commoda ejus introductione nata indies magis ac magis evadunt manifesta ex multis experimentis et observationibus eximiis medicorum, quos supra memoravimus; quorum conatus in morbi natura investiganda haud dubium est quin evasuri sint felicissimi, et quorum studia ad res humanas promovendas et admirationem et gratitudinem humani generis poscunt.

HISTORIA.

HISTORIA.

Priusquam describamus hunc morbum ut occurrit in specie humana, opus est reddere rationem quomodo se ostendat in vacca, unde Vaccina communicata est. In praesenti tantùm enumerabimus signa ut in vacca occurrentia absque investiganda origine, unde morbus primum, hoc ad aliud dilato caput, ortus fuerit.

Vaccina plerumque se, verno tempore, pustulis in mammas vel papillas uberis abnormas, ostendit. Hae pustulae primùm colore caeruleo, aut potiùs livido, tenuem aquosum fluidum, partibus circumdatis, tumefactis, duris, et inflammatis, continent. Hae pustulae, nisi tempestivè remedia adhibeantur, citò tendunt in ulcera phagedenica, quae constanter pus, quod plerumque fit crassius, morbo procedente, et demum concrescit in scabiem, emittunt. Animalia fiunt aegrota, et secretio lactis multum imminuitur. Morbus

huc

hic nunquam exitium vaccis affert, nec contagiosus pro more solito morborum contagiosorum, est, sed communicari ipso contactu tantum potest.

Nunc breviter aspectum Vaccinae, a vaccis fortuito acceptae, narremus.

Haec ulcera pustulosa in uber et papillas vaccae Vaccinam formantia, ab experientia haud dubia, vim inficiendae speciei humanae, cum ulla pars corporis, ubicunque cutis fracta sit, viro, quod emittunt, tangatur, habere inveniuntur. Inde fit, emulgentibus vaccas manus sint partes, quae hoc morbo casu inficiantur, et morbus signa jam exponenda ostendit.

Maculae inflammatae, vesiculis parvis ab ambustione ortis similes, in manus, et praecipue circiter artus et apices digitorum apparere incipiunt. Hac citò ad suppurationem properant. Pustulae formam circularem, cum marginibus plus centro elevatis, et colore subcaerulea assumunt.

munt. Fluida materia pustulae primùm est tenuis et pellucida; sed, morbo procedente, fit subfusca et purulenta. Absorptio, et exinde tumores in axilla, fit. Systema afficitur, pulsus acceleratur, et haec horrores, sensus molestiae et dolores lumborum, vomitus, et aliquando vel aliquid delirii, subsequuntur. Signa haec febrilia, gradibus variis molestiae, ferè ab uno die ad tres vel quatuor, locis ulceratis in manus manentibus, quae sensibilitate partium permolesta sunt, et plerumque tardè sanantur, ferè phagedenica similia iis unde orta evadentia, durant. Labia, nares, palpebrae et aliae partes corporis aliquando affecta sunt; sed hae affectiones planè à partibus incautè à digitis infectis aegrotorum frictis, oriuntur.

Propter vim reddendae alicujus minus obnoxii Variolae accipiendae sibi propriam, sed praecipuè, propter lenitatem et alia commoda supra variolam, quae Vaccina possidet, modus introducendi eam in systema inoculatione citò captatus erat. Haec ratio comitata est non-

nullis

nullis fructibus; nam ut multum acerbitatis morbi in extensionem topicae ulcerationis pendet, observatum est, ut, in Vaccina inoculata, pustulae ferè non tam ampliae nec profundae ut in morbo fortè accepto sint. Modo illo, pustula generatim loco uno contenta est; sed in hoc, ubicunque virus partem laceratae cutis tetigerit, pustula generatur ita ut haud rarò multa ulcera in manus et brachia emulgentium, et eorum qui sunt ad contagionem expositi, videantur.

Morbus hic introduci in systema quovis tempore vitae queat; sed, ut, durante dentitione, systema est maximè irritabile, vitandus potiùs, si modo fieri possit. Sed si aeger ullo tempore ad contagionem variolatam exponatur, nos certè anteferre inoculationem Vaccinae quàm subire periculum infectionis Variolae oportet.

De viro pro inoculatione deligendo observanda sunt sequentia.

1mo, In viro à vacca feligendo, nos certè fcire morbum, fub quo vacca laborat, effe veram Vaccinam oportet; ut haud rarò aliae eruptiones puftulofae afficiunt papillas, quae toto caelo effectis in fyftema humanum ab iis à vera Vaccina ortis differunt. Quae res, jufta confideratione fignis in vacca occurrentibus jam dictis adhibita, clarè conftabit.

2do, Puftulam in ulcus degeneratam amittere virtutem morbi generandi, et virus maximam habere vim die morbi feptimo, octavo, vel nono, compertum eft.

3tio, Exempla haud dubia inoculationem viro fluido à puftula vaccinofa excepto, plerumque evadere fecundam, docuerunt. Sed ut inoculando commoda haec omnia haud femper attingi poffunt, ratio aliqua confervandi virus fit neceffaria; quod, viro in vitrum accepto, deinde ficco facto, mucilaginem gummae Arabicae colinendo, fieri poteft. Doctor Jenner virus in calamum vel in vitrum exficcatum, et deinde

in

in phiala parva conservatum, virtutes omnes sibi proprias usque ad finem trium mensium retinere, pro comperto habuit.* Doctor Pearson, virus inclusum in phiala continente gas Hydrogenum vel Nitrogenum siccum tempus quàm longissimum conservari posse, invenit. ‡ Ubi virus ita conservatum utendum est, exponendo ad vapores aquae ebullientis, priusquam fit inoculatio, id liquefactum reddi necesse est. Sed viro nonnullos dies in statu humido servato, et temperiei calidae exposito, ad perfectè morbum excitandum non confidi potest.

De modo communicando viro, vix multis opus est verbis, ut qui ei jam in usu Variolae inoculatione satis benè convenit. Methodus lanceâ inoculandi, introducendo filo viro Vaccinae impleto, ut multò facilior, et saepius secunda, justè anteferenda est. Doctor Pearson lanceae ex platino factae usui, quippe quòd oxydosum fieri non obnoxium, suadet. †

* Jenner's Further Observations.

‡ Annals of Medicine for 1800.

† Idem.

Nunc ad phaenomena in Vaccinae inoculatione occurrentia narranda pergamus.

Circiter tertium diem post introductum virus, parva macula, inflammata circa locum ubi incisio facta fuit, apparet. Haec macula, magnitudine crescens fit dura, et parvus tumor aliquanto elevatus formatus est, tantulum fluidae materiae in centro tumoris circiter diem sextum invenitur. Tumor hic crescit indies, et pustula magis repleta et distenta usque ad diem septimum vel octavum, ubi absorptio fit, ferè comitata sensu pruritûs apud tumorem et dolore in axilla, evadit. Haec signa aegrotatio systematis generalis indicata cephalalgiâ, horroribus levibus, anorexiâ, artuum doloribus, siti magnâ, unà cum aucta celeritate pulsûs subsequitur. Haec signa, plus minus violenta, diem unum vel alterum, ubi suâ sponte decedunt, nullis effectis infaustis manentibus, durant. Affectio generalis systematis magis distinctè pustula lato circulari inflammato margine circumdata, qui ferè apparet signis febrilibus durantibus, indicatur. Post hoc, materia

teria fluida pustulae gradatim exficcatur; rubor circumdatus evadit pallidior, et in paucis diebus evanescit, dum pustula non amplius magnitudine augetur; sed in superficiem dura et crassa scabies fusci coloris, quae suâ sponte brevi tempore delabitur, cute infrà sana et illaesa, formatur.

Progressus Vaccinae inoculatae est ferè unâ formâ. Gradus affectionum localium et generalium sunt distincti; et variationes succedentes, maxima ex parte, periodis perexactis occurrunt. Aberrationes nihilominus aliquando sunt, de quibus hic pauca dicenda.

Eruptio generalis pustulosa aliquando fit, non solum circa partem inoculatam, sed etiam extendit ad partes alias corporis. Hae pustulae illis variola natis valdè similes, et ob multas causas inducimur credere aliquanto ejus morbi affines; praesertim ut haec eruptio nasci ferè in locis ad infectionem Variolae expositis, observatur. Ob id Doctor Woodville hanc eruptionem effici caelo

lo variolato, cui multi aegri sub cura ejus obnoxii erant, progrediente Vaccina, putavit. Ut de hac re certior factus sit, nonnulla experimenta, ex quibus sententia ejus certè magis firmata est, instituit. ‡

Sunt exempla in quibus pustulae ejusdem naturae cum ea ab inoculatione Vaccinae ortâ in nonnullis partibus brachii apparuerunt. Eae pustulae ortae esse ab incisione facta nimium profunda, et ab infertione materiae infectae inter membranam cellulosam exinde facta, existimantur. In his exemplis, affectio partis inoculatae inflammationi violentae obnoxior fit. *

In nonnullis exemplis, irritatio localis aliquando producit eruptionem tenuem circa partem inoculatam, quae vulgò circiter diem tertium morbi apparet. Haec eruptio paucis diebus sine ulla propensione fieri pustulosa evanescit.

Aliquando

‡ Woodville's Observations, 1800.

* Grose's Letter Medical Journal, No. XIV.

Aliquando pustula vice propensionis formandi scabiem, signis febrilibus cessantibus, manet valdè inflammata; rubor augetur, et pustula, nisi benè tractata, in ulcusculum degenerabit, quod plerumque longè durat purulentum et difficilè sanatur.

Sequelae ex Vaccina sequentiae Doctore Pearson observantur.

1mo, Eruptio Urticariae haud insimilis.

2do, Eruptio, in infantibus solis, post Vaccinam mense secundo vel tertio circiter scabiosa, nonnullas hebdomadas durans, sed planè innocens, apparet.*

DIAGNOSIS.

* Annals of Medicine, 1800.

DIAGNOSIS.

Tractandis signis diagnosticis, ut in Historia, morbi aspectus dignoscentes, ut in vacca et in specie humana occurrentes, consideremus.

Vaccae nonnullis morbis pustulosis, qui communicati humanae speciei systema contra infectionem variolatam defendere non possunt, expositae sunt. Ex hoc, virtus antivariola Vaccinae immeritò dubitata fuit, quod quidam, alterutro horum morborum hanc veram esse Vaccinam putantes, et ob id se esse minus infectioni Variolae obnoxios, postea Variola affecti. Haec res necessitatem animadvertendi ad morbos hos, ut amoveantur omnes dubitationes de virtute verae Vaccinae, et virtuti antivariolae ullorum aliorum morborum nisi verae Vaccinae ne confidatur, satis monstrat.

Ulcera pustulosa frequenter suâ sponte in papillas vaccarum apparent; et exempla aliquando, sed

sed minimè saepe, manuum domesticorum ulceribus exinde infectarum, et aliquod ab absorptione aegritudinis, occurrunt. Hae pustulae multò leniores iis à contagione Vaccinae verae orientibus, et semper absque colore caeruleo aut livido tam manifesto in pustula vaccinosa, sunt. Erysipelate nullo comitatae, proclivitatem nullam phagedenicam ut in Vaccina monstrant; sed citò in scabiem, sine ulla aegritudine vaccae, terminant. Hic morbus variis tempestatibus anni, sed praecipuè vere, cum vaccae ab alimento hiberno abstrahantur et gramine pascantur, praesertim lactantes pullos, apparet.*

Vesiculae parvae albae in uber et papillas vaccae aliquâ irritatione, ut aculeatis infectis vel frictione inter emulgendum, saepe producuntur. Vesiculae hae leves quidem plerumque minimè profundae, et facilè sanantur.

Vaccina vera, ab affectionibus jam dictis, à margine circa pustulam subcaeruleo sibi proprio

et

* Jenner's Inquiry, 1798.

et à generali propensione ulcera profunda proeducendi facilè dignoscitur.

Forma circularis rubore maxime conspicuo circumdata, margines elevati, et centrum pustulae vaccinosae depressum satis eam à pustula Variolae, quae puris plena et angulata evadens in scabiem tenuem terminat; dum pustula Vaccinae fluidum limpidum, sed nunquam pus continent, gradatim induresfcat, margines circulares retineat, et demum fuscam crassam scabiem formet, distinguunt.

PROGNOSIS.

Observatum est eos, qui, Idiosyncrasia, vel ab ulla causa alia incognita, minus Variolae sive modo naturali sive inoculatione obnoxii sunt, plerumque infectioni Vaccinae resistere. Exempla talia occurrere ratione unius ad sexaginta ferè hominum observatione pro comperto habuit Doctor Woodville.*

Si

* Woodville's Observations.

Si intra dies post viri applicationem duos vel tres, tumor magnus et rubor extensus apud partem inoculatam evadant, defectio inoculationis, tanquam tumor nullus aut rubor adfuerint, pro manifesto habeatur.

Si die tertio vel quarto in partem inoculatam pustula magna centro elevato cum vesicula parva in apicem et multâ inflammatione circa basin apparet, absentia vis systematis Variolae obstandae certa est.

Circularis pustula medio depresso benè formata, signa febrilia unà cum rubore circumdato affectionem generalem ingenitam monstrante, inoculationem esse fecundam, et ideo vim systematis infectioni Variolae semper resistendi, satis indicant.

Morbus in infantibus ferè lenior adultis est. In illis vix ulla, sed in his, signa febrilia aliquando valdè gravia sunt.

Ubi rubor circa pustulam non priusquam diem undecimum fit, ferè semper plus aegritudinis comitatur quàm cum octavo vel nono die occurrat.

Eventus morbi hujus, nullis adhuc ex vera Vaccina mortis exemplis occurrentibus, huccusque semper pro secundo habeatur; nam exempla verae Vaccinae attributa, aliis morbis semper orta esse pro certo compertum est.

Si accuratè ad sequentia aegri mortem, de quo mentionem fecit Doctor Wondville,* comitata attendamus, videlicet,

1mo. Virus quocum infans inoculata erat ab exemplo pustulato desumptum esse,

2do. Aegrum coelo variolato nosocomio ubi fuit Variola expositum esse,

3tio. Eruptiones pustulosas Variolae similes in aegro

* Woodville's Reports.

aegro apparuiſſe, mortem Variola non Vaccina ortam eſſe ſentiamus.

METHODUS MEDENDI.

Hic morbus in infantibus ferè aſſumit ſibi formam tam lenem ut minimè ſaepe opem medicinae neceſsè erit.

In adultis, ubi ſigna febrilia aſpera ſunt, adminiſtratio alicujus lenis refrigerantis cathartici, ut ſalis medii, ferè ſatis ad violentiam mitigandam eſt.

Ubi morbus modo regulari procedit, applicationibus localibus rarò opus eſt; ſed ubi puſtula, vice rectè formandae ſcabiei, dolore afficiatur, et partes circa valdè inflammatae et brachium rigidum, tunc aliquâ applicationi locali opus erit.

Praeparata ex Hydrargyro, ut unguentum Hydrargyri nitrati paucis diebus applicatum, et

poſtea

postea omissum, et vice ejus unguentum cerae profuisse compertum est.* Plerumque tamen, refrigerantia externè applicata, ut solutionem Cerussae Acetatae in aqua, aut aceti mixturam cum aqua, congruere satis benè discutienda inflammatione inventum est.

Ab idea post affectionem generalem systematis semel factam, et exinde vim systematis ad resistendam infectionem Variolae perfectè confirmatam esse, si inflammatio localis post diem undecimum vel duodecimum maneat, applicando guttam Aquae Lithargyri Acetati ad pustulam, et eam retinendo parte horae trigesima circiter, et deinde panniculos humidos Aqua Lithargyri composita partibus inflammatis applicando, progressu ejus obstare suadetur.‖

ORIGO.

* Jenner's Further Observation.

‖ Jenner's Continuation of Facts, 1800.

ORIGO.

Effectus Vaccinae sibi proprii in systemate humano reddendo Variolae minus obnoxio, jamdudum in nonnullis partibus Angliae, ubi hic morbus inter vaccas praevalebat, observati sunt. In Norfolcae comitatu nominatur Anglicè *Pap-pox*.* In Hibernia nota fuit, et ibi vires ejus antivariolae observatae erant, et nominatur *Shinagh*.‖

Periodus, cùm hic morbus primùm inter vaccas apparere coeperit, parvi momenti est; sed Vaccinam non esse morbum prorsus novum, ut Doctor Jenner exempla quaedam Vaccinae in humana specie supra annos quinquaginta abhinc occurrentia narravit, notatu dignum.‡

Quaestio inter medicos, an Vaccina à vacca vel ab aliqua alia origine primùm orta sit, agitur.

Sententia

* Pearson's Inquiry.

‖ Bany's Letter Medical Journal, No. XVI.

‡ Jenner's Inquiry, 1798.

Sententia est Doctoris Jenner, Vaccinam dari vaccae à viro ulcerum in calcibus equorum morbum formantium, notum Veterinariis et ab iis vocatum Anglicè *Grease*, et hoc virus communicatum esse ab equo ad vaccam emulgentibus qui ante curandis in calces equorum ulceribus, quorum manus viro infectae, versati erant. Haec sententia Doctoris Jenner à sequentibus formata est.

1mo. Vaccinam (nisi origo ejus indagari ad intro ductionem vaccae aut servi infecti posset) semper praecessam esse ab equo ulceribus in calces laborante, qui vaccas emulgentibus fuerat tractatus, et deinde hunc morbum ab illis ad vaccam communicatum esse.

2do. Hanc esse sententiam vaccas aegrotas curantium.

3tio.

* Jenner's Inquiry, 1798

3tio. Et modo fortuito, et inoculando viro à calcibus equorum desumpto, morbum productum esse valdè Vaccinae similem, et, ut in Vaccina fit, systema humanum minus obnoxium Variolae reddentem.*

Nunc audiamus et alteram partem.

1mo. A Doctore Pearson, Vaccinam multis in fundis, etsi nulla vacca infecta in armentum introducta fuerit, etsi emulgentes non tetigerint equos, etsi equi nulli calcibus ulceratis, demum, etsi in his fundis equi non omninò fuerint, erumpere compertum est. †

2do. Doctor Woodville fecit ut vaccae viro ex equorum calcibus ulceratis unoquoque gradu morbi capto inocularentur; sed inde nulla sequebatur Vaccina.

Virus

* Jenner's Further Observations, 1799.

† Pearson's Inquiry.

Virus ex equorum calcibus ulceratis in speciem humanam introductum erat; sed inde nulla sequebatur Vaccina. †

Facta supra memorata, viris tam claris in lucem prolata, valdè sunt discordantia, quippe ex quibus nulla certa conclusio oriri possit.

Hanc sectionem, nonnulla facta haud parvi momenti nuper in lucem producta notando, ad finem perducamus.

Exempla tria à Domine Lupton observata sunt.

In exemplo primo, morbus valdè Vaccinae similis productus erat in quodam homine curando calces equorum morbo affectos, cui nomen est Anglicè *Scratchy Heel*, et qui, secundum mentem Domini Lupton, valdè à morbo eo equi de quo fecit mentionem Doctor Jenner, differt.

In

† Woodville's Reports.

In exemplo altero, morbus ex equo hoc modo fumptus vaccae, in quâ veram produxit Vaccinam, impertitus eft.

In exemplo tertio, Vaccina à vacca infecta defumpta fuit. *

Exempla jam memorata benè firmata, et valdè ad fententiam Doctoris Jenner ftabiliendam Vaccinam effe morbum in vacca prius ab equo derivatum tendunt, effe videntur.

CONCLUSIO.

Ex jam dictis, Vaccinam nonnullis in rebus Variolae effe fimilem conftat. Sed nonnulla commoda illi propria fupra hanc effe, ni fallor, jamjam videbitur. Hi morbi conveniunt in eo, ut ambo fint puftulofi et quadam affectione, quae legibus fyftemati propriis gubernatur ingenita,

* Sir G Pegge's Letter Med. Jour. XXI.

genita, comitati. Conveniunt etiam in quadam similitudine effectuum in systema humanum, ita ut, qui hoc infectus fuerit, illi non obnoxius sit.

Vaccina infectum Variolae non amplius obnoxium ex perquam multis, sine vel ulla exceptione, exemplis satis confirmatum est.

Variola infectum Vaccinae non amplius obnoxium ex experimentis Doctoris Pearson clare constat.* Nam, si idem viro Vaccinae inoculetur, inflammatio apud partem inoculatam circa diem tertium vel quartum, quae paucis diebus evanescit, levis solummodo fit. Haec inflammatio aliquando quidem augetur, et pustula parva, materia fluida limpida formatur; sed nunquam rubore circulari vel aliis signis affectionem generalem systematis indicantibus comitatur. Hujusmodi vidi nonnulla exempla. Materiam fluidam pustulae ita formatae vim producendae in iis, quibus nunquam fuit Variola, verae

* Pearson's Letter. Lond. Med. Review and Mag. August, 1799.

verae Vaccinae, ni fallor, satis ex experimentis sequentibus habere constat.

Experimentum 1*mum*. Ego ipse, qui multos annos antè Variolam habueram, meipsum in manu viro Vaccinae, Calendis Februarii, anno Domini millesimo octingentesimo primo, inoculavi. Die tertio inflammatio levis parte inoculatâ, quae ad diem sextum crescebat, ubi pustula parva, materiam fluidam limpidam continens, apparebat; et die octavo scabies in ea formata est, quae die decimo sexto, depressione parvâ cutis manente, decidit. Totum per hoc experimentum autem nullam systematis affectionem generalem sed localem tantùm expertus sum.

Experimentum 2*dum*. Die septimo Idus Februarii, anno Domini millesimo octingentesimo primo, Annam Fleming, decem mensibus natam, viro à pustula in manu mea desumpto inoculavi. Die quarto pars inoculata inflammari coepit; et die decimo pustula circularis benè formata, rubore maximè conspicuo

cir-

In Vaccina inoculata, una ferè semper pustula sola existente, hae depressiones cutis tam informosae, quae saepe Variolae succedunt; ita omninò vitantur.

Vaccina, non effluvia per medium coeli, sed tantum contactu solo propagari potest. Nonnulla exempla Vaccina infectorum cum iis integra valetudine dormientium sine morbo impertiendo à Doctore Jenner narrantur. Dominus H. Jenner faeminam die septimo ante partum viro Vaccinae inoculavit. Faemina, sed non foetus in utero, infecta fuit.*

Indicium Vaccinae, et usus ejus et commoda exinde orta eventum felicissimum et maximae in Historia Medicinae utilitatis, et nobis spem jucundam citò videndi morbum hunc lenem et innocentem vice Variolae, maximae ex malis genus humanum plectentibus, substitutum praebet.

Ex

* Jenner's Continuation of Facts.

Ex jam dictis, Vaccinae effecta indies clariora et illustriora, et usum ejus generalem evadere, non solum in his, sed etiam in multis aliis longè et latè abhinc positis, certè humanitate et cultu claris, regionibus addere vix opus est.

FINIS.

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO